



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio XXII. Quæ sunt illa, quæ necesse est hominem Christianum  
credere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

\* meo f

\* *Fidelium* accensa, qua in Deo acquiesco, certo statuens, non solum alijs, sed forsitan & mihi quoque indigno, remissionem peccatorum, æternam iustitiam & vitam donatam esse, idque gratis ex Dei misericordia<sup>h</sup>, propter vnus Christi meritum<sup>i</sup> *primario*, *secundario* etiam propter cuiusque meritoriam cooperationem.

<sup>a</sup> Iacob. 2, 19. Luc 8, 13. <sup>b</sup> Act. 24, 14. c. Hebr. 10, 1. Rom 4, 20, 21. Ephes. 3, 12. d. 2. Cor. 4, 13. e. Rom 10, 17. f. Rom. 10. 10. g. 2. Sam. 12, 13. Psal. 103, 1, 2, 3. Mat. 9, 2. Rom. 10, 9. Galat. 2, 20. 2. Tim. 4, 8. h. Ephes. 2, 8, 9. i. Eph. 1, 7. Col. 1, 14.

<sup>a</sup> Iacob. 2. v. 19. Tu credis quoniam vnus est Deus; benefacis: & Dæmones credunt, & contremiscunt; Luc. 8, 13. Qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: quia ad tempus credunt.

RESP. Atqui hæc Fides est, non Notitia propriè dicta, nec Fiducia.

<sup>b</sup> Act. 24, 24. Secundum sectam, quam dicunt hæresim, sic deseruio Patri & Deo meo, credens omnibus quæ in lege & Prophetis scripta sunt, spem habens in Deum.

<sup>b</sup> RESP. Bene omnibus; sed non solum iis omnibus. Credens; non solum Fidens, minus noscens omnia.

<sup>c</sup> Heb. 10, 1. Vnquam enim habens Lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum; per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessissent offerri. &c. Rom. 4, 20, 21. In re promissione etiam Dei non hesitauit dissidentia, sed confortatus est fide, Dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quacunque promisit, potensest & facere.

RESP. Testatur hic fidem & spem; non quod fides sit fiducia: Clara est distinctio vtriusque.

<sup>f</sup> Rom. 10, 10. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem.

RESP. f. Quia Corde, ergone & in Meo in-

fallibiliter? vbi de Meo Scriptura?

<sup>g</sup> 2. Reg. 12, 13. Peccavi Domino. Dixit que Nathan ad Dauid; Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Pl. 192, 3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Mat. 9, 2. Dixit que paralytico; Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Rom. 10, 9. Si Confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis: saluus eris. Gal. 2, 20. Vivo autem iam non ego; vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filij Dei qui dilexit me, & tradidit se me ipsum pro me. 2. Tim. 4, 8. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.

RESP. Hæc vni facta reuelatio de salutis suæ certitudine, non simul facta singulis censeri debet. Vult, potestque propitiari omnibus; sed qui se capacem reddat, scit nemo, nisi cui personaliter reuelatur, vt Paralytico, Paulo. &c.

<sup>h</sup> Eph. 2, 9. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim Donum est: Non ex operibus, vt ne quis gloriatur.

<sup>h</sup> RESP. Principaliter ex gratiâ, non ex operibus, nisi accidenter, & tamen vere.

<sup>i</sup> Eph. 1, 7. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius quæ superabundauit in nobis. Col. 1, 14. Idem eisdem verbis.

Non excludit meritum operum bonorum.

## QVÆSTIO XXII.

Quæ sunt illa, quæ necesse est hominem Christianum credere?

RESP. Omnia quæ nobis in Euangelio præcipiuntur & promittuntur: quorum ferè potiorum summa in Symbolo Apostolico, seu in capitibus

tibus Catholicæ & indubitæ omnium Christianorum fidei, breuiter comprehenditur:

*Hæc est, quæ in Verbo Scripto ac Tradito continentur. Nam Symbolum est traditum.*

*a Marc. 1. 15. Marc. 16. 15, 16.*

### QVÆSTIO XXIII.

*Quod est illud Symbolum?*

RESP. Credo in Deum, Patrem omnipotentem creatorem cali & terra.

Et in Iesum Christum, Filium eius unigenitum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, descendit ad inferna, \* inferos, tertio die resurrexit à mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad dextram Dei patris omnipotentis, unde venturus est iudicare vivos & mortuos.

† crede Credo in Spiritum Sanctum, † sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam. Amen.

### DOMINICA VIII.

#### QVÆSTIO XXIV.

*In quot partes distribuitur hoc Symbolum?*

RESP. In tres partes. Prima est de æterno Patre, & nostri creatio-  
ne. Altera est de Filio, & nostri redē-

ptione. Tertia est de Spiritu Sancto, & nostri sanctificatione.

#### QVÆSTIO XXV.

*Cum una tantum sit essentia diuini, cur tres istos nominas? Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum?*

RESP. Quia Deus ita se in suo Verbo patefecit, quod tres hæ distinctæ personæ sint vnus ille verus & æternus Deus & coequalis.

*a Marc. 12. 29. ex Deut. 6, 4. 1. Cor. 8, 4. Esa. 48, 16, 17. Mat. 3. 16, 17, Mat. 28, 19. Ioh. 5, 32. Ioh. 14, 16. Ioh. 15. 26. 1. Ioh. 5, 7. Ioh. 10, 30.*

### DE PATRE

#### DOMINICA IX.

#### QVÆSTIO XXVI.

*Quid credis cum dicis: Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem cali & terræ?*

RESP. Credo, æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, (qui cælum & terram cum omnibus, quæ in ijs sunt, ex nihilo creauit, & quique eadem æterno suo consilio & prouidentia sustentat ac gubernat,) propter semetipsum & Christum, Deum meum & patrem meum esse. Itaque sic *in eum spero*, sic in eo acquiesco, vt non dubitem, quin prouisurus sit omnibus,

Qq tum